altari in quo episcopus cantauit. de cōse.  
dist. ij. c. vlti.

In casu qñ eps p infirmitate missam nō  
pōt explete psbyter pōt in eodē altari inco  
pnam missam finire. vij. q. ij. nihil.

In pasceue et in sabbato sancto nō sūt  
missē cōiter celebrande. qz apli tunc ppter  
metū iudeoz incussum nō celebrarūt. de  
cōse. di. ij. sabbato.

De hac materia hēs vbi agit de eucha  
ristia et vbi agitur de missa.

**Enapomini** Ecene dñi  
est solē

iter celebrada. de p. di. ij. litteris.

Neo die recōcaltant publice penitentes. l.  
di. in capite. in fi. de p. di. ij. in cena.

Illo die singulis ānis est chrisma conse  
crandū. de p. di. ij. litteris.

In ipso die est tñ semel comedendū. de  
p. di. ij. nō liceat. et. c. se.

**Census** Census p agro ecclia  
stico a clericis nō est p  
solued<sup>9</sup>. xxij. q. vij. secundū.

Debitū tributū p sone ecclesiastice dñō  
tpali nō dñt denegare. xj. q. j. si tributū. et  
c. se. xxij. q. vij. cōuenior. et. c. tributū

**Cephas** Cephas dicit petr<sup>9</sup>  
et. c. sequenti

**Cibus** Cibus corpāl non culpā  
s. cibi libido. xij. di. q. i. q. s.

Nihil ita sensū acuridopat nihil sic es  
gritudine fugat sicut cibus digestus. de  
cōse. di. v. nihil. et. c. se.

Excessus ciboz putrescere facit corpus  
et macerat et gritudine diuturna. de p. di.  
v. nihil. et. c. he tales. p totū.



¶ **Nequitudo ex delicatis cibis cōtracta per paupes cibos curat.** de se. di. v. legim<sup>o</sup>.  
¶ **Cibū psbyteroz et clericoz debēt pcedere bñdictio.** infra cibū lectio. post cibum grattarū actio. xliij. di. qñ aut.  
¶ **Diuites nō debēt cogi vñ cibis pauperū ne ppter suctudinē cōtrarioz infirmetur.** xij. di. nō cogat.

¶ **Nō est attendēda in paupibz ciboz multiplicitas vel cauidas s; animi sinceritas.** xij. di. qd dicit. Nō similiter verū est de comestione et cōuiuio.

¶ **Cimiteriū** ¶ **Cimiteria sūt circoscopis ab alijs locis diuidēda et psecranda.** xij. q. i. c. j.

¶ **Propter tumulationē fidelīū cimiteria sūt amplanda.** xij. q. ij. aurū. post mediū.

¶ **Sicut ecclesie sic et cimiterij violatoz sacrilegus dicitur.** xvij. q. iij. si quis cōtumax. et c. sequenti.

¶ **Circūcisio** ¶ **Circūcisio leges nō obseruati pputū facta est.** xij. q. ij. querit. post mediū.

¶ **Magis valet apud nos baptismus q̄ apud veteres circūcisio.** de se. di. llij. qd apud. et. c. sequenti.

¶ **Circūcisio carnis erat signū iustificatiōis et purgatiōis anime.** de se. di. iij. ex quod.

¶ **Circūstātia** ¶ **Circūstantie ante dēdē sunt in factis et in faciēdis.** xij. q. viij. occidit.

¶ **Nō possumus ad veritatē facti puenire nisi tps. psonā. causam respiciam<sup>o</sup> et voluntatē.** ibidem.

¶ **Item in pnia faciēda vel imponēda circūstantie sunt pensandē.** de pe. di. v. s. j.

¶ **Citatio** ¶ **Citatio debz fieri i scrip<sup>tis</sup>.** v. q. ij. vocatio.

¶ **Legitima citatio est q̄ ex amore pcedit spacijs tempoz ad hoc statutis obseruatis.** v. q. ij. presenti.

¶ **Citatio debet significare causam p litteras vt ad responsionē venire valeat pparatus.** v. q. ij. si primates.

¶ **Reiecti vel spoliati anteq̄ restituant<sup>r</sup>. nec citari debēt nec emulis respōdere.** v. q. ij. si primates.

¶ **Nō debēt iudicari absentes nisi citati venire ptempserint.** v. q. ij. restitum.

¶ **Qui post trinā vel post viij. pemptoriā**

citacionē nō cōparuerit p<sup>o</sup>sumat iudicat. xliij. q. llij. de illicita. circa mediū.

¶ **Clauēs** ¶ **Clauēs petrus qñ accepit se significat.** xliij. q. j. quod dicit<sup>r</sup>. de pe. di. j. que penitet.

¶ **Clauēs q̄s ecclesia accepit nō sūt ptem<sup>o</sup> nēde.** xliij. q. j. oibz. x. q. ij. nēo p<sup>o</sup>renat.

¶ **Q̄ clauē nō errante soluit vl ligat in terra est ligat<sup>o</sup> vel solutus i celo.** x. q. ij. cez p<sup>o</sup>st xliij. q. j. manet.

¶ **Ligandi vel soluēdi se puant q̄ hāc iniuste exercēt.** x. q. ij. c. illud. et. c. ipe ligandi.

De hac materia plura inuenies de exco<sup>m</sup> municatione vbi agit de sententiā.

¶ **Clemens** ¶ **Clemens papa p<sup>o</sup> mus multiplicat cōmendat.** viij. q. j. si petrus. et. c. opo<sup>o</sup>ret. et c. clemens.

¶ **Clericus** ¶ **Cleric<sup>o</sup> dicitur a clerico grece qd latine sors dicitur.** xij. q. j. cleric<sup>o</sup>. x. di. clerico. in pn.

¶ **ideo clerici dicit<sup>r</sup> sunt. qz in forte dñi vocati sunt.** xij. q. j. duo sunt.

¶ **Ab hostiarijs vsq̄ ad summū ordmē cuiuscuq̄ dignitat<sup>r</sup>. clericoz noie cleric<sup>o</sup> designant.** xij. di. clerico. lxxij. di. clericum. x. q. j. de persona.

¶ **Signū clericale est corona rafa in modū sperē in capite.** xij. q. j. duo sunt.

¶ **Nō tonsuratus p episcopū siue laicus siue monach<sup>o</sup> in missa publice legere nō dicitur.** di. quoniam.

¶ **Clerici comā nutrire nō debēt. s; desup caput in modū sperē tōdere.** xliij. di. p<sup>o</sup>hibere.

¶ **Clerici p<sup>o</sup>essione iuā in habitu et incessu et in moribz representare debēt.** xij. di. cleric<sup>o</sup> cus. xliij. di. bis igit<sup>r</sup>. xxxv. di. ecclesie. xij. di. ep<sup>o</sup>. xliij. di. p<sup>o</sup> totū. xij. q. j. quoniam. xij. q. ij. p<sup>o</sup> totū. de se. di. v. in omnibz.

¶ **Clerici cōmunē vitā in manducando et dormiēdo circa ecclesiā debent ducere.** xxxij. dist. p<sup>o</sup>ter hoc. xij. q. j. omnis. de se. di. v. in omnibz.

¶ **Clerici cuiuscūq̄ ordinis in exemplū debent esse laicis.** vt bñ. viij. q. j. q̄lis. vj. q. j. beatus. in medio.

¶ **Sicut loco ita et religione debēt in letis nioz obseruatiōe laicos pcellere.** llij. dist. statuim<sup>o</sup>. et duobz. c. se.

¶ **vt mel<sup>o</sup> possint vacare diuinis officijs**



secularibus negocijs non debent implicari, xx. q. iij. mollicies, et duobus ca. se. xj. q. j. te quidem, c. iij. q. iij. clerici ab indignis, lxxvij. dis. puenit, lxxvij. dis. p. totum.

Ex horas statuta diurnas atq; nocturnas distinctas, ipsos deuote debet explere, xxj. dis. c. lenterius.

Exemplo apli. prius mantibus possunt laborare diuino officio non negligant, xxj. dis. s. j. ca. se. z. ca. clericus.

Ex clerici semper studio suam intendere debent, xxj. q. j. sic vsus, lxxvij. dis. sicut, et duobus cap. sequens.

Ex clerico nulla etas sera debet esse ad addiscendum, c. iij. q. iij. si habes. circa medium.

Ex assumpti vel assumpti ad regimē aiaz docti debet esse scriptura, lxxvij. dis. per totum, lxxvij. di. ca. idō p. s. b. e. s. vt itaq;

Ex qz res clericorum pauperum sunt p ceteris tenentur hospitalitati z elemosinis iudicare, xxj. q. j. quoniam quicquid, c. iij. dis. s. j. z. ca. quiescamus.

De castitate clericorum z continentia eorum, lxxvij. di. p. totum, lxxvij. di. a pmo ca. vsq; ad ca. si late, lxxvij. di. p. totum, lxxvij. di. p. s. u. l. l. z. ca. sequens, lxxvij. di. cū in p. r. i. o.

Ex clericus feminam suspectam frequentas domicilla ē deponendus, lxxvij. di. clericus.

Ex non debent clerici mulieribus cohabitare, lxxvij. di. inter. l. i. r. i. z. c. se. lxxvij. di. clericus z. r. c. sequenti.

Ex clerici cū matre z sorore habitare permittunt, lxxvij. di. volumus.

Ex fornicarij dephesi iuxta canones sunt puniendi, lxxvij. di. p. s. b. y. t. e. r. i. s. lxxvij. di. de cernim, z. c. de h. s. z. c. p. s. b. y. t. e. r. i. s. lxxvij. di. eos, z. c. erubescant, lxxvij. di. habuisse, lxxvij. di. si qd amodo, z. tribus ca. sequens, lxxvij. di. s. f. e. r. e. p. totum.

Ex iporum officium qm p suam sunt dānati audiri non debet, xx. q. vlt. c. vlt. lxxvij. di. si q sine, lxxvij. di. c. nullus z. c. p. t. e. r. h. o. c.

Ex cubine eorum vendi vel in seruitutē redigi debet, lxxvij. di. eos, lxxvij. di. quidā.

Ex filij iporum i seruitutē ecclie vbi nati sunt debet deputari, xx. q. viij. cū mltē, i. s. i. n. e.

Ex moniales cognoscetes debent deponi, lxxvij. q. j. si quis eps.

Ex non debet interesse spectaculis vanis vel nuptijs, lxxvij. di. p. s. b. y. t. e. r. i. c. l. i. i. j. di. nullus, de p. l. e. q. i. v. non oportet, ij.

Ex tabernaculis sine necessitate non debent intrare, c. iij. dis. non optet clericos, z. c. clericus, z. c. nullus.

Ex magicis artibus augurijs vel incantationibus intendentes debent deponi, lxxvij. q. v. non oportet, z. duobus ca. se.

Ex clericus arma ferre non debet, c. iij. q. viij. clericus, z. c. se.

Ex nec vere nec iocose pugnare debet, c. iij. q. viij. quicumq; clericus.

Ex nec debet iudicium sanguinis ferre, c. iij. q. viij. sepe pnceps, z. c. h. s.

De libertate clericorum data p papatos, xxj. q. j. generaliter, c. iij. q. viij. ca. tributū, s. q. u. i. s.

Ex qz ad solius dei iudicium referat a nullo iudice seculari debent iudicari, xxj. q. j. sacerdotibus, circa medium, xij. q. j. futura.

Ex defenduntur ab ecclesia, c. iij. q. iij. p. a. t. e. r. n. a. r. u. m.

Ex non accusant a laicis, xxj. q. j. nemo.

Ex non debet trahi ad iudicium seculare, maxime sine consensu episcopi, xxj. q. j. ca. nullus iudicium, vsq; ad. caudices, z. c. puenit, vsq; ad. c. clericum.

Ex clericus quicquid debet respondere coram iudice laico fidelis cū ipse se subijcit ex pmissione episcopi, xxj. q. j. clericum.

Item si causa p papam fuerit delegata, xx. q. iij. relatus, xxj. q. j. istud, lxxvij. q. v. non vos post me, z. tribus ca. se.

Ex clericus coram episcopo sunt pueniendi, xxj. q. j. si q. z. c. de p. s. o. n. a. z. duobus ca. se. xxj. q. viij. filijs.

Ex clericus alios clericos ad iudicium seculare trahentes puniunt, xxj. q. j. in solita, z. duobus ca. se. xxj. q. j. si quis clericus.

Ex ex causa capi et ligari possunt a laicis, lxxvij. q. v. non vos post me, z. tribus ca. se.

Ex clericus episcopi sui ptemnes vel cōsurationē pcuras degradatus traditur iudici seculari, xxj. q. j. si quis sacerdotū, z. c. p. r. i. r. a. t. i. o. n. ū. z. q. u. o. r. ca. se.

Ex de ordinatōe clericorum habes, lxxvij. di. p. totum, z. de h. infra vbi agit de ordine.

Ex clerici ante qm ordinent debent examinari z debet pmittere fidelitatem z castitatem, lxxvij. di. q. s. s. lxxvij. di. nullū, z. c. q. u. i. z. c. de h. s. z. tribus ca. se.

Ex non debet intulari i duabus ecclesijs, lxxvij. q. j. c. i. z. se.



Ex viciati corpe pmoueri nō debēt. xxvij  
 di. illitteratos. ly. di. c. j. iij. iij. z. v. vij. q. j  
 infames. circa finē  
 Ex viciati corpe sine culpa pmouēt. ly. di.  
 qui partem.  
 Ex serui nō pmouēt nisi p̄us libertati do-  
 nentur. liij. di. c. j. z. v. c. se. z. c. si seruus.  
 et q̄ttuor ca. se.  
 Ex si seru⁹ sine sc̄tu dñi ordinaf in clericū  
 reddet dño repet. li. di. null⁹. z. c. de  
 rebz. s. ceteruz. z. q̄ttuor. c. se. z. c. si seruus  
 Ex q̄ cōiugium p̄fecerit cum non virgini-  
 bus non pmouent. xxxiiij. di. curanduz.  
 z. vij. c. sequenti.  
 Ex iugati nisi prius p̄tinentiā vouerint  
 nō pmouent. nec ministrare debēt in sa-  
 cris. xxvij. di. assumi. z. c. se. z. c. d. syrach  
 sane. z. xxxij. di. eos. z. c. placuit  
 Ex chriales z. histrones non pmouent. l. j.  
 di. p̄ totum. liij. di. legem  
 Ex ab illicitis q̄stibz debent abstinere. xliij.  
 q. iij. clerici. z. duobz. c. se. xlvij. di. omnes  
 Ex cleric⁹ p̄ b̄nficio medicine dei munera  
 nō debet accipe. xxij. di. his igitur.  
 Ex usurarij nō debēt esse. z. de p̄b̄nsi p̄ni-  
 antur. xj. q. iij. si quis oblitus. xlvj. di. se-  
 ditionarios. z. duobz. c. se. xlvij. di. ep̄s.  
 Ex cleric⁹ debet res ecclie bene dispensare  
 z. nō sup̄flue expendere. xj. q. ij. ep̄s  
 Ex nō licet ei de sum̄ptibz ecclesie filios si-  
 os i studio p̄b̄s curare. xxxvij. di. legāt  
 z. c. sequenti  
 Ex cleric⁹ de rebz hereditarijs vt de laboribz  
 p̄quisit⁹ p̄t filijs vel p̄rimis subuenire  
 xij. q. ij. ep̄s q̄ filios. z. q. iij. placuit.  
 Ex nō licet clerico h̄re b̄nficiū cui sufficit  
 patrimoniu. xvj. q. j. c. vlt. in fine  
 Ex parrochias vel ius alteri⁹ clericus nō  
 debet vsurpare. xij. q. j. ecclesias. circa p̄n.  
 Ex pegrinari nō debet sine licentia ep̄i. xvj  
 q. j. cūctis. de p̄se. di. v. nō oportet. j.  
 Ex nō residēs punif. vij. q. j. puenit. z. t̄b⁹  
 c. se. z. c. si q̄s in clero  
 Ex cleric⁹ non de rebz ecclesie s̄z rebz p̄  
 ip̄m acquisitis potest facere testamentū  
 xij. q. iij. c. j. z. duobz. c. se. q. iij. c. j. q. v. se-  
 re. p̄ totuz  
 Ex si intestatus decesserit i omnibz rebz  
 succedit ecclesia. xij. q. iij. quicūqz. z. q. v.  
 sic vbi. z. c. se.  
 Ex cleric⁹ extranei non debent suscipi sine

lris sui ep̄i. lxxj. di. extraneo. z. c. se. lxxij  
 clericū. xciij. di. nlla. xix. q. ij. alienū. xxij.  
 q. j. z sequenti.  
 Ex trāsmarini clerici cū plurimis ip̄oz te-  
 stimonijs sūt recipiēdi. xxvij. di. p̄ totuz  
 Ex cleric⁹ nō ē infūgēda solēnis p̄nia. l. di.  
 p̄firmandū. z. s. p̄mo supra  
 Ex cleric⁹ vsq̄ vel nūq̄ recte penitēt. de pe.  
 di. j. mensuram  
 Ex meli⁹ ē habere paucos bonos clericos  
 q̄ multos inuiles. xxij. di. tales  
**Coactio** Ex coactio voluntati  
 p̄traria excusat p̄ctā.  
 xvj. q. j. q̄ aut. s. sed h̄. z. c. merito  
 Ex fuitia coacta deo non placent. xxij. q.  
 vj. lam vero  
 Ex p̄fessio p̄ coactionē p̄torza non p̄ladi-  
 cat. xv. q. vj. si sacerdotibz  
 Ex indel ad fides xp̄i nō sunt cogendī. xlv  
 di. de iudeis  
 Ex heretici redire ad eccliaz cogūf. nā me-  
 die b̄n ligat freneticū z excitat litargicū  
 xxij. q. iij. ip̄a pietas. z. c. qd faciet  
 Ex medic⁹ b̄n vulnera incidit ferro ignito  
 q̄ fomēta nō sentiūt. j. q. j. reperiuntur  
 Ex bene castigat pater filium indisciplina-  
 tum. z. nō gister discipulū. xxij. q. iij. ip̄a  
 pietas  
 Ex paul⁹ p̄ vsolentiā intrare eccliaz est cō-  
 pulsus. xliij. q. iij. nimum. z. c. displicet  
 Ex in euāgelio ad nuptias nolētes cōpel-  
 lūar intrare. xxij. q. iij. ip̄a pietas  
 Ex angelus agar ancillā ad dñas suam re-  
 uerti cōpulsit. xxij. q. iij. q̄n.  
 Ex apostol⁹ tradidit boiem in interitū car-  
 nis vt sp̄ritus eius esset salu⁹. xxij. q. iij  
 qui peccat  
 Ex qui legitime in voto suo nō pmāsit vt  
 ad illud reuertat est cogendus. xxvij. di.  
 quod interrogasti. xlv. di. de iudeis. xvj.  
 q. j. quidam.  
 Ex coact⁹ monasteriū intrās si post nunq̄s  
 p̄senserit liber exit. xv. q. iij. p̄sens  
 Ex nemo p̄pter iuramentū inminēte neces-  
 sitate factū reus esse debet iuramenti. xxij  
 q. iij. inter cetera.  
 Ex apostatantes in fide z alijs p̄uersi cogē-  
 di sūt p̄ flagella malū relinquere. xxij. q.  
 iij. displicet. vsqz ad finem questionis. z  
 q. v. p̄ totum  
 Eadem materia est de infimicis



**Coadiutor** *Q* coadiutor datur ep̄o p̄pter in-  
firmi- tates & senectutē. vij. q. j. scripsit mi-  
hi. & q̄tuor. c. se. & c. q̄suis

**Cogitatio** *Q* cogitatio non  
meret penas lege  
et̄ā civili cum suis terminis ē cōtēta. de  
pe. dl. j. c. vulgares. §. cogitatio. et supra  
c. dl. cogitationis

*Q* cogitatio peccati mortal' cuz consensu  
et̄ā sine ope nephario lege diuina dāna-  
tur. elix. dl. hinc etenim. ante finem.

*Q* cū ex imunda cogitatioe sequitur pol-  
lutio. culpa cogitatiois lachrymis est la-  
uanda. vij. dl. testam. et̄. & c. se.

*Q* dū in cogitatioe voluntas nō rep̄mit-  
et̄ā in actione dīatur. dl. elix. hinc etenim.

*Q* cogitatiois statū erigere nō valet quē  
v̄sus terrene sollicitudinis curuum tenet.  
rlx. dl. hinc etenim. ante me.

**Cognatio** *Q* cognatio spiri-  
tualis nō ē p̄sāgui-  
nitas. sed iter filios sp̄ialis q̄daz p̄cūni-  
tas. xxx. q. iij. c. j. & c. iij.

*Q* p̄trahit in baptismo aliquē suscipiēdo  
vel ad crisma retinēdo. xxx. q. iij. si quis  
ex vno

*Q* p̄pter vnionem carnis ad vnionē sp̄is  
nō trāsit. xxx. q. iij. post vxor̄s

De hac materia require de affinitate

**Cognitio** *Q* cognitio dei in p̄-  
senti habet per fidei  
soliditatem. xliij. q. j. quia.

*Q* ad cognoscēdā veri luminis claritatē  
intellectus nostri acie p̄ bonā opationez  
adiuamur. elix. dl. hinc. circa me.

*Q* qui infirmitatem suā cognoscēs humi-  
lister iacet p̄ solationez dei ad fortia ope-  
ra surgit. l. dl. quid est. in fine

*Q* q̄ sibi p̄ arrogantiaz cādorē iusticie seu  
sapientie tribuit. a lucē supne cognitionis  
se excludit. elix. dl. hinc. circa mediū.

*Q* p̄ fide & utilitate ecclie seculares p̄nci-  
pes quandoq̄ ad p̄cilia admittunt. xxvj.  
dl. nos. & c. se.

*Q* archieps p̄t facere cōcilia p̄ncialia  
sua auctoritate. xvij. dl. si ep̄s. & c. se.

*Q* ep̄i fm̄ tps̄ ordinatiois sue loca in con-  
cilijs debent tenere. xvij. dl. si ep̄os.

**Colūba** *Q* colūba d̄r material-  
ter. ij. q. vij. non om̄is.

*Itē d̄r sp̄s sanctus vt illud. descendit sp̄s san-  
ctus vt colūba i sp̄m. de p̄se. dl. iij. aliud*

*Itē d̄r dicitur gratia sp̄s sancti. vt illud. cie-  
cit vendentes & ementes columbas. ij. q.  
iij. saluator. post mediū.*

*Itē d̄r ecclia colūba. vt illud. vna ē colūba  
mea de p̄se. dl. iij. aliud. ij. q. j. remissioe.*

*Itē d̄r colūba simplicitas mētis. xvij. q.  
j. si cupis. vij. q. j. ex merito. in fine. xxxvj.  
dl. q̄ ecclesiasticis. §. ecce.*

*Itē d̄r colūba vita cōtēplatiua. vt illud.  
q̄s dabit mihi p̄nas sicut columbe. vij.  
q. j. aduersitas. ante finē.*

*Q* sicut colūba gemēs a molestijs q̄rit  
volare. sic bon' cupit dissolui & esse cum  
p̄o. vij. q. j. aduersitas. ante finē

*Q* cathedras columbarū vendūt qui ind̄-  
gnis ecclie b̄nficia p̄ferunt. xvij. q. j. et  
hoc. circa mediū

*Q* columbas vendūt qui sacros ordines  
largiēdo p̄cūti pecunte v̄ laudis q̄rit  
ij. q. iij. non solū. & c. saluator. an̄ finē. & c.  
ex multis.

*Q* p̄ gemitū colūbe. i. ecclie remissio pec-  
catorū d̄r. ij. q. j. remissione

*Q* nō oīs q̄ dicit pax vob̄ q̄si colūba ē  
audiēdus. ij. q. vij. nō om̄is.

*Q* oēs subditi simplicitatē colūbe debēt  
habere. xvij. q. j. ex merito. xxxvj. dl. q̄ in ec-  
clesiasticis. §. ecce. in fi.

**Comestatio** *Q* comestatio ē  
gule intēperan-  
tia. xliij. dl. §. j. & c. se.

*Q* gulosi festa sanctorū se indigne celebra-  
re putāt nisi comestatiois deseruiāt. xliij.  
dl. c. j. in fi. & c. comestationes

*Itē si comestationes laicis dānabiles sū  
multo maḡ sacerdotibz imputantur ad  
gehennā. xliij. dl. nō liceat. §. sequenti*

*Similis materia est vbi agitur de cibo &  
copulato.*

**Comunicatio** *Q* com-  
municatio maloz nō maculat aliquē s̄ cōsensio  
factorū. xxij. q. iij. si q̄s a catholica

*Q* cōmunicatur malo quādo facto ei' cō-  
sortiū approbatiois adiūgit. xxij. q. iij.  
a malis

*Q* exemplo xp̄i cōmunicare debem' pec-  
catoribus vt ipsos lucremur. xxij. q. iij.  
infideles.



¶ **Q**uod participes efficiunt pene qui se a com-  
munionem malorum non separant. cxxiiij. q. i. di-  
cimus. circa medium.

¶ **N**ota nota adherentes inimicos dei et ecclesie  
¶ **C**õpassio ¶ **C**õpassio est quantum  
ad penam quoddam genus  
persecutionis. viij. q. i. aduersitas. ante  
medium.

¶ **Q**uod vera iusticia cõpassio habet. cly. di.  
vera. cxxij. q. iij. est iniusta.

¶ **Q**uod cõpassio siue ad peccatores siue ad egē-  
tes debet esse cum discretione. cxxij. q. iij.  
d. o. lxxxvj. di. pulchra

¶ **Q**uod peccantibus in infirmitate cõpatiendus  
est. iij. q. ix. indicas. cly. di. recedite.

¶ **Q**uod arguuntur plati qui in subditos deservunt  
seueritate magis quam cõpassione. cly. di. re-  
cedite.

¶ **Q**uod vacuū nomē ep̄i tenet h̄ necessitate pa-  
tientibus non cõpatitur. lxxxvj. di. fratrem. et  
c. non satis. viij. q. i. omnis

¶ **C**õpaterinitas ¶ **C**õpater effi-  
citur quis coniugum altero aliquē in baptis-  
mo vel crismate tenere. xxx. q. iij. si quis ex-

¶ **Q**uod abbates vel monachi non debent esse cõ-  
patres. de. di. iij. non licet abbat. z. c.  
se. cxxij. q. i. placuit comuni nostro. cxxij.  
q. iij. puenit.

¶ **Q**uod vxorē cõpatris quis ducere potest cui ip̄a  
cõmater non fuit. xx. q. iij. h̄ sp̄ialem

¶ **Q**uod cõpaterinitas dicitur recta ut cum quis filium al-  
terius leuat de fonte. xxx. q. iij. ita

¶ **Q**uod dicitur cõpaterinitas indirecta vel emergens  
ut cum sola vxor filium alterius leuat de fonte  
ubi vir cõpater dicitur. xxx. q. iij. si quis ex.

¶ **Q**uod si cõpaterinitas carnalē copulā p̄cedit  
potest quis duas commatres habere. xxx. q.  
iij. post vxoris. s. primo

¶ **Q**uod si alter vel uterque suscipit filium alicuius cum  
illa non potest strabere. xxx. q. iij. scilicet.

¶ **Q**uod si filius vxoris tantum suscipitur a berta  
vir potest habere bertas ista mortua. xxx.  
q. iij. h̄ sp̄ialem.

¶ **D**e compaternitate inueniente. xxx. q. iij. p  
totum

¶ **C**õpensatio ¶ **C**õpensatio fit  
in p̄nia p̄ ecclesiam  
quod in tp̄ales penam eterna supplicia comu-  
tant. de pe. di. i. s. porro

¶ **Q**uod Loth p̄ filias cõpensare malū voluit

ut p̄ min⁹ malū maius sedaret. ciiij. di.  
q. alt. cxxij. q. viij. offerebat.

¶ **Q**uod obstetricū mendaciū in tempalem mer-  
cedē est compensatiū. cxxij. q. iij. si q̄libet.

¶ **C**õpositio ¶ **C**õpositio est in-  
dicat qualitates mētis. cly. di. s. vlti. cxxij  
di. is igit. circa mediu.

¶ **C**õcilium ¶ **C**õp fide et vtilitate  
ecclesie seculares p̄-  
cipales quibus ad concilia admittunt. cxxvj.  
di. no. s. z. c. se.

¶ **Q**uod archiep̄s potest facere cõcilia p̄uincialia  
sua auctoritate. cxxij. di. si ep̄s. z. c. se.

¶ **Q**uod ep̄i fm̄ ips̄ ordinatiōis sue loca i cõcili-  
is debent tenere. cxxij. di. ep̄os.

¶ **Q**uod cõciliū p̄uinciale requirit p̄sentia archiep̄-  
ep̄iscop̄i. cxxij. di. si quis ep̄s vacas

¶ **Q**uod p̄uinciale conciliū p̄ archiep̄m cuius suf-  
fraganeis bis in anno debet fieri. cxxij.  
di. p̄pter ecclesias

¶ **Q**uod omnes ep̄i ad concilia tenentur venire  
vel se quare non venerunt p̄ lras debent ex-  
cusare. cxxij. di. placuit

¶ **Q**uod ad cõciliū non venientes vel de ip̄o añ  
ips̄ recedentes excommunicantur. et vsq̄ ad  
sequens cõciliū debent remanere suspensi.  
cxxij. di. si quis autem.

¶ **Q**uod ep̄s cõciliū p̄ singulos annos bis debet  
celebrare. cxxij. di. de cõciliis. z. c. puenit.

¶ **Q**uod sine omni exceptione saltem semel in an-  
no ep̄iscopus debet facere cõciliū. cxxij.  
di. quoniam.

¶ **Q**uod ep̄s in suo scilio debet p̄sbyteris et cle-  
ricis notificare statuta scilicet p̄uincialia  
et h̄ non facies p̄ duos mēses est suspēden-  
dus. cxxij. di. decernimus

¶ **Q**uod ep̄iscopoz concilia añ quadragesimas  
et circa carnisprinium debent celebrari.  
cxxij. di. habeatur

¶ **Q**uod h̄ tumultu vel risu cõciliū p̄turbauerit  
excommunicatiōis p̄nia punit. y. q. iij. in loco.

¶ **Q**uod non debet cogi subditus a plati suis mune-  
ra ad cõcilia deferre. cxxij. di. de eulogis

¶ **C**õciliū ¶ **C**õciliū est comu-  
ni interio dicitur ē  
eo quod in vnu dirigit comunem mentis ob-  
tutum. cxx. di. synodus aut.

¶ **Q**uod quatuor cõcilia videlicet nicehū. constantino-  
politana. ephesina. et calcedonense sunt tā-  
quam quatuor euāgelia fuada. cxx. di. canones



ante medium.

De octo concilijs generalibus que ad predicta quatuor reducuntur. xv. di. sancta. r. c. se.

De. xxiiij. concilijs r. de temporibus r. de auctoritatibus eorum. xv. q. i. annotatio.

Quia in gestis concilioz discors sententia inuenit illi concilij debet teneri finia cuius antioqor r. potior extat auctoritas. l. di. dno sancto. in fine.

Quis solus est pape privilegium posse congregare generale concilium. xvij. di. c. j. r. c. sequenti. ij. q. vi. ideo.

Concilium sine auctoritate pape factum nullum habet firmitatem. xxij. di. p. totum

**Concordia** Concordia vera diuinitate personarum et officioz sub vno respectu connectit vt differetie ordo sub vna ratione possit subsistere. lxxv. di. ad hoc

Concordia r. vnitas concordia r. dualitas discordant inducit. viij. q. i. in apstlo

In concordia membrorum ecclesie gloriatur deus. ix. q. iij. archieps.

Quis est discordantia ad concordiam reuocare. xc. di. discordantes

Magis debet placere discordantes subditos ad concordiam quam ad iudicium provocare. xc. di. studendum. v. q. ij. si p. m. a. t. e. s.

Oblationes discordantium que non deo placent non sunt recipiende. xc. di. oblationes r. c. sequenti.

**Cocubina** Cocubina est que cessantibus legalibus instrumentis vnita est r. singulari affectu tenet. xxxiiij. di. quozud. q. s. r. c. sequenti.

Qui habet cocubinam non debet promoueri ad ordinem nisi forte cum dispensatione. xxxiiij. di. si quis. r. c. maritum.

De dispensatione talium habetur. xxxiiij. di. xpiano. r. c. se.

An liceat non habentem uxorem tenere cocubinam. xxxiiij. di. si quis. r. c. xpiano

De concubinis clericorum habes vbi agitur de clericis.

**Cocupiscentia** Cocupiscentia est absque culpa est in corpore non sentiente. xv. q. i. si cocupiscentia.

Concupiscentia innata per baptismum christi non euacuat vt non sit. s. vt non obsit. de conse. di. iij. p. baptismum christi

Non est altene rei concupiscentia. r. si ecclesia cepit possidere vbi persecutores pus regnabatur. xxiiij. q. viij. si de rebus.

Ecclesia non dicitur aliena concupiscere cum per temporalia que infidelibus aufert querit ipsos sibi vnire. xxiiij. q. viij. q. aut

**Conditio** Conditio non bona r. illicita etiam si iuramento sit vallata non est adimplenda. xxij. q. iij. c. j.

Conditioes polite licite r. honeste seruande sunt. xvij. q. ij. eleuterius.

Sub quibus conditione ordinandus est quis in episcopum. xxiiij. di. q. episcopum.

Omnes de limbo terre habemus principium. viij. di. quo iure.

**Confessio** Confessio peccati necessaria est ad salutem. de pe. di. j. fere. p. totum.

Vbi est taciturnitas confessionis non est speranda venia criminis. de pe. di. j. c. taciturnitas.

Sola contritio non delet peccatum si confessio contemnit. de pe. di. j. voluissent. s. ex his ita

quod. r. e. mensura. s. j. r. duobus. c. se.

Melior est in malis humilis confessio quam in bonis superba gloriatio. xj. q. iij. intuitum circa finem.

Circumstantie peccatorum sunt confitende. de pe. di. j. s. j.

Propter verecundiam nullus debet diuidere confessionem. vt diuersis diuersa dicat. de pe. di. j. s. j. an si. v. di. cautus sit. s. j.

Erubescencia in confessione peccatorum magna pars est satisfactionis. de pe. di. j. que penitet.

Per confessionem illud quod fuit mortale fit veniale. de pe. di. j. s. quem penitet

Non est necesse vt quis semel bene confessus sit de nouo confiteatur. de pe. di. j. c. mensuram. s. non ita

Non per nuncium vel per scriptum sed proprio ore quis debet confiteri. de pe. di. j. que penitet.

Vera confessio in ultimo tempore potest esse. xxvj. q. vi. si presbyter. r. c. se.

Confitentes debent se totum ponere in arbitrio sacerdotis. de pe. di. v. consideret. r. c. j. post medium.

Perito sacerdoti que sciat soluere est confitendum. de pe. di. j. que penitet. post medium. r. di. vj. c. j. s. q. ergo.



¶ An q̄s possit audire confessionē alteri  
parrochiani eo inuito. de pe. di. vi. §. i. et  
c. sacerdos. §. primo

¶ In articulo mortis si p̄byter non habet  
q̄squis p̄t alteri cōfiteri. xxv. q. vi. si p̄  
sbyter. z. c. cognouimus.

¶ Greci solūmodo deo p̄fiteri dicūt. s̄ sā  
cta ecclia deo z sacerdoti p̄fiteri statuit.  
de pe. di. j. circa finē. c. quidam

¶ Confessio peccati occulta nulli penitē e  
reuelanda. ij. q. j. si peccauerit.

¶ In foro iudicij cōfessio de crimine p̄ cō  
uicto habet. xv. q. v. p̄byter. z. c. p̄mo

¶ Scel̄ nō d̄r manifestū nisi p̄tore cōfessū  
aut p̄ testes conuictū. xv. q. v. p̄byter.

¶ Mitr̄ e agendū cū eo q̄ cōmissum fac  
tus facili cōfessione e p̄fessus. di. l. p̄sby  
ter. ij. q. j. nō dicatis. xv. q. viij. si quis  
lvi. di. qula. lxxxij. di. p̄sbyter.

¶ Confessio p̄ penā extorta nō iudicat. xv  
q. vi. c. si sacerdotibz

¶ Manifestū e p̄fiteri de crimine cū q̄ p̄ cō  
tumaciā nō cōparet. ij. q. ix. decreuim⁹.

¶ q̄ soci⁹ est criminis el̄ cōfessio cōtra so  
ciū nisi in certis casibz nō admittit. xv. q  
ij. §. ultimo.

¶ q̄n cūqz bonū agim⁹ deū cōfitemur. xv.  
q. iij. estimāt. in fine.

¶ q̄ p̄bo z ope xpm̄ confitē ip̄ius testis  
est. lxx. q. iij. estimāt. in fine

¶ Quāta vita e p̄fiteri xpm̄ tāta mors est  
negare. xj. q. iij. nō solum.

¶ latro tūc baptisatus e q̄n xpm̄ in cruce  
cōfessus est. de pe. di. viij. §. vlt.

**Cōfirmatio** ¶ Cōfirmatio sacramentalis

oibz fidelibz e necessaria. de p̄se. di. v. c. j.

¶ In h̄ sacramēto sp̄s sancti augmētatur  
grā vt p̄firmemur ad pugnandū. de p̄se.  
di. v. sp̄s sanctus. z. c. nouissime.

¶ Ideo cōfirmatio in frōte imponit vt ab  
accipitē fides xpi sine erubescētia p̄di  
cetur. de p̄se. di. v. nouissime

¶ hoc sacramētū excedit alia i venerati  
one. qz a maioris ministro s̄ ep̄o t̄m̄ dat.  
de p̄se. di. v. de his. vero. z. c. se. lxxij. di.  
q̄uis. z. xcv. p̄sbyteros.

¶ Excepta necessitate hoc sacramētus ep̄s  
ieiunū debēt dare. z ieiunū z p̄fessū si sunt  
gduktī debent accīpe. de p̄se. di. v. vt ieiunū  
z. c. sequenti.

¶ unctio cōfirmatiōis debet fieri p̄ signū  
crucis. de p̄se. di. v. nūquid.

¶ cōfirmatio nō e iterada sicut nec baptis  
mus. z iterans graulter puniit. de p̄se. di.  
v. dictū. z. c. se.

¶ cōfirmatio iduct cōpateritate quē ad  
modū z baptisim⁹. xxx. q. iij. si q̄s vn⁹ ex.

¶ cōfirmatū nō plures suscipere debēt  
nisi vnus sicut nec baptisatū. de cōse. di.  
iij. non plures.

¶ In necessitate idē p̄t esse cōpater in cō  
firmatione z baptisimo aliter nō. de cōse.  
di. iij. in cathecismo

¶ q̄ non e baptisat⁹ nō p̄t suscipere confir  
matū. de p̄se. di. iij. in baptisimate.

¶ q̄ i cōfirmatione filialtros ignorāter re  
uēt a matrimonio sepant. xxx. q. j. de his.

**Cōformatio** ¶ Cōformare se debet quilibet

illis inter q̄s uiuit in his que nec cō  
tra fidē sūt nec contra bonos mores. xij.  
di. c. illa autem.

¶ q̄ strictius reuoyt q̄ se habent mores  
eoz cum q̄bz uiuit suscipitiosus e. xij. di. c.  
quisquis.

¶ nō interest qd alimentoz sumat q̄s dū  
modo ouent cū his cū q̄bz sibi uiuendū  
est. xij. di. qd dicit.

¶ In cātando z legendo subdite diocezes  
debēt se metropolitanē ecclie cōformare.  
xij. di. de his.

**Coniugium** De hoc requi

re in tractatu

de matrimonio zc.

**Cōiuratio** ¶ Cōiuratio dicitur

q̄n clerici vel

monachi rebelles autoritati interdicēti

se in vnū cōiuratiōe intercedente col  
legerint aut iuramēta iter se dederint. xj.  
q. j. si quis clericoz.

¶ cōiuratio z cōspiratio p̄no eodem

qz crimine accipiūt. xj. q. j. cōiurationū.

¶ In predicto crimine inuenti in nulla ac  
cusatione sunt recipiendi. iij. q. iij. cōspira  
tores.

¶ clerici s̄ ep̄m̄ vel monachi s̄ abbatem

in p̄dicto crimine inuenti a p̄p̄to gradu

cadūt. ij. q. j. cōiurationū. z. tr̄ibz. c. se.

¶ nō solū de h̄ crimine cōstucti sed etiaz  
p̄sentētes infames efficiunt. xj. q. j. con  
spirationū. z. c. statutus.



## Cōsanguinitas

**Q**uoniam sanguinitas antiquos patres in cōiungto ppter propagationē non impediebat sic impedie modo. *xxxv. di. j. p. totum.*

**Q**uoniam olim consanguinitatis gradus vsq; ad septimā generationē cōputabat. *xxxv. q. ij. de affinitate. z. c. nullū. z. c. pgeniem. vsq; ad finē q̄stionis*

**Q**uoniam ideo cōsanguinitas p septē gradus cōputat. q; mundi generatio z hoīs status tot etatib; finit. *xxxv. q. iij. c. j.*

**Q**uoniam de cōputatiōe graduū cōsanguinitatis. *xxxv. q. v. p. totum*

**Q**uoniam cōsanguinitas cōsanguinitas descendēs in posteros ex pte māt. sicut ex parte viri. *xxxv. q. iij. de p̄niquis. et. c. se. et. c. equaliter. cū. c. se.*

**Q**uoniam cōsanguineā cognoscēs dī incestuosus z otalis ab oibus detestādus. *xxxv. q. iij. de incestis. z. c. se.*

**Q**uoniam infames sunt z ab hēritate repellūt q̄ cōsanguineas ducūt in vxores. *xxxv. q. iij. cōiunctiones*

**Q**uoniam que p̄sone admittī debeāt ad agendū vel ad testificādū cōsanguinitatē iter cōfuncos. *xxxv. q. vj. p. totum.*

**Q**uoniam de hac materia habes vbi agit de matr̄ monio.

## Cōsciētia

**Q**uoniam cōsciētia sola si accusat liber sine accusatione esse nō pōt. *xj. q. iij. in cunctis.*

**Q**uoniam dū cōsciētia in oculis dñi non accusat sentiat hoīes q̄cqd liber. *xj. q. iij. senti.*

**Q**uoniam que de libro vite nō delet iniqua cōsciētia nec delere potest humana ignorantia. *xj. q. iij. quid obest.*

**Q**uoniam q̄ confidens de cōsciētia sua famā suā negligit crudelis ē. *xj. q. j. nolo. xj. q. iij. non sunt*

**Q**uoniam cōsciētia nobis ē necessaria fama p̄t mo. *xj. q. j. nolo.*

**Q**uoniam q̄n de iudex erit alius testis q̄ cōsciētia n̄ra non erit. *xj. q. iij. custodi*

**Q**uoniam tūc gl̄ia nostra ē testimoniū cōsciētie nostre q̄n d̄ quo hoīes nos vitupant nō tra cōsciētia liberos hos demonstrat. *xj. q. iij. inter verba*

**Q**uoniam in p̄ceptis z phibitiōnib; q̄cqd fit contra cōsciētiā edificat ad gehēnā. *xxvij. q. j. omnes. s. et bis.*

## Cōsecratio

**Q**uoniam cōsecratio ecclie non debet fieri nisi cū missa celebratiōe. *de p̄se. di. j. c. j. z. c. de fabrica.*

**Q**uoniam altari maiorī in quo sunt reliquie non violato ecclia etiā a fundamētis reparata sine missa consecrari potest. *als nō. de p̄se. di. j. de fabrica.*

**Q**uoniam sine reliquijs sanctorū ecclie vl' altaria nō sunt consecranda. *de p̄se. di. j. d̄ fabrica z. c. placuit*

**Q**uoniam funera mortuorū maxime infidelium aī consecrationē ecclie de ecclia sunt cūcedēda. *de p̄se. di. j. eccliam in qua.*

**Q**uoniam cōsuetudo paganorū vel infidelis iacet ī ecclia nō ē cōsecranda. *de p̄se. di. j. ecclia*

**Q**uoniam dotari debet ecclia aī q̄ p̄secrēt. *xvj. q. vij. ple. z. c. si plures. de p̄se. di. j. c. nemo.*

**Q**uoniam eccliaz quā patronorū nō p̄ deuotiōe h̄ p̄questu p̄struxerit ep̄s nō debet cōsecrari nisi omni p̄tradictiōe p̄traria exclusa. *de conse. di. j. si q̄s basilicā. xvj. q. vij. ple. et duob; c. se. x. q. j. sic q̄dam*

**Q**uoniam ecclia quocūq; casu lesa manētib; parietib; cōsecratis nō debet reconsecrari. *de p̄se. di. j. si motū. z. c. se.*

**Q**uoniam si igne fuerit cōsumpta est reconsecranda. *de p̄se. di. j. ecclias*

**Q**uoniam si parietes a fundamēto fuerint reparati. *de p̄se. di. j. de fabrica*

**Q**uoniam si ecclia homicidio vel fornicatiōe polluta fuerit aqua b̄ndicta sale respersa reconsecrabit. *de p̄se. di. j. si motum*

**Q**uoniam vbi nec scriptura nec testes inuentūtur p̄pter dubiū ecclia ē consecranda. *de p̄se. di. j. solēnitates p̄simū.*

**Q**uoniam ligna ecclie consecrate ad vsū religiosorum non laicorū debēt admitti. *de p̄se. di. j. ligna.*

**Q**uoniam aduersarij ecclie vel ep̄i maxime pape p̄ annos singulos est agendus. *de cōse. di. j. solēnitates. z. c. ij.*

**Q**uoniam consecratiōe dicitur simul sacrare. *xxiij. q. j. pudenda*

**Q**uoniam ille archiepiscopus vel ep̄s cōsecratus non dicit sed exsecratus. *quē simul sacrare cōiunctis mēbris nō agnoscit ecclia. xxiiij. q. j. pudenda.*

**Q**uoniam consecrationi archiepiscopi omnes cōprouinciales ep̄i debēt interesse. *lxvij. di. archiepiscopus*





Electus in archiepiscopum vel episcopum infra tres menses debet consecrari. c. di. qm̄ qdam.

Electus in archiepiscopum etiam si sit episcopus ante receptionem pallii non potest alios consecrare. c. di. §. j.

Qui est consecratus ab illo qui non habuit ius consecrandi iterum est consecratus. lxxvij. di. sicut. r. c. se.

Qui in episcopum non consecratus in curia domum hospitalitatis causa a nuncius nuncius intravit. lxxvij. di. archidiaconi florentini.

Quis multa discussione in episcopum quis debet consecrari. lxxvij. di. de persona. r. ca. se. lxxvij. di. illud.

Episcopus ante consecrationem ad fidem catholicam tenendam et ad plura alia se obligat. lxxvij. di. q. §. j.

Episcopus cum assensu provincialium episcoporum ad minus cum tribus episcopis die dominica ubi archiepiscopo placuerit debet consecrari. l. di. q. §. aliq. circa finem. lxxvij. di. ordinationes.

Electus in episcopum infra quatuordecim menses negligit consecrari archiepiscopus. debet sibi de alio providere. c. di. qm̄ quidam.

Ante lxxvij. annos virginis non sunt consecrande. lxxvij. di. placuit.

Diakonissa nisi sit xl. annorum non est consecranda. lxxvij. di. nemo.

Corrupta non est consecranda. lxxvij. di. acutius. r. q. j. de uovis.

Non consecratur nisi per episcopum. lxxvij. q. v. c. j.

Debet consecrari in veste professionis sue quam semper debet deferre. lxxvij. di. sancti montalis.

Excepta necessitate infirmitatis virginis non sunt consecrande nisi in epiphania et per hebdomadam pasche. et in festis apostolorum. r. q. j. de uovis.

De hac materia habes ubi agit de velo.

**Cōsensus** Consensus est voluntas et que diligit obsecundare et auertere se ab eo quem ipsi sentit aduersum. lxxvij. di. si inimicus.

Consentire dicitur qui peccanti amabilem se prebet. lxxvij. di. si inimicus. i medio. lxxvij. di. odio.

De consensu malo habes. lxxvij. q. ij. si quis. et. q. v. qdam. r. ij. q. j. in primis.

Coniunctio malorum non maculat sed consensio factorum. lxxvij. q. iij. si quis a catholica.

Qui in phetia immundum non tangit quod maiorum cum quibus habitat actibus non consentit. lxxvij. q. iij. tolerandi sunt. et cap. ecce inquit.

Non potest illi suo errore non pollui quod consensum prestat erranti. lxxvij. di. consentire et. c. qd eni potest.

Error cui non resistit approbatur. et negligere cum possis perturbare peruersos nihil aliud est quam fauere. lxxvij. di. error. ij. q. vij. negligere. lxxvij. q. iij. §. j.

Qui peccat non arguit sed defendit acutum quod ille qui peccatit coercendus est. lxxvij. q. iij. qui consentit. lxxvij. q. iij. quod aliorum.

Episcopus qui criminibus consentit aliorum ab officio est deponendus. lxxvij. di. si quis episcopus. r. c. sequenti.

Facientem et consentientem par pena constringit. ij. q. j. notum sit. in fine. lxxvij. q. iij. consanguineorum.

Mala non sunt que nec crimine mentes implicat nec conscientiam ligat. lxxvij. q. j. illa cauenda.

Non est crimen quod infert reluctanti et non consentienti. lxxvij. q. j. non est. r. c. vlt.

Sicut culpa non est concupiscentia in corpore dormientis. multo magis est absque culpa in corpore non consentientis. lxxvij. q. j. si concupiscentia.

Pudicitia potest vult quod mala tolerare quam malo consentire. lxxvij. q. v. ita.

In ordinatione archiepiscopi consensus aliorum episcoporum coprovincialium si non sunt presentes per litteras est habendus. lxxvij. di. episcopi.

Infantes cum consensu parentum ad religionem debent suscipi. r. q. ij. oportet.

Parentes filiam duodecim annos habentem de monasterio extrahere non possunt si per annum et diem eam ibi esse consenserunt. r. q. ij. puelle.

**Cōsilium** Consilia euangelij non sunt in precepto. sed in hominis arbitrio. lxxvij. q. j. quisquis. et. c. se.

Consilium est voluntatis preceptum autem necessitatis. lxxvij. q. j. quod precipitur.

Qui consilio domini non vult nisi boni adipsi sciatur. lxxvij. q. j. quisquis.

Homines in dubijs requisiti debent consilia. lxxvij. q. ij. vltis. r. r. di. c. vlt. r. q. iij. excellentissimis.



Excepti grauesq; moribus p̄ consilio sūt re  
quirendi. j. q. j. estore.

Ex maloꝝ pon̄i cōsulendū ē vtilitati q̄ vo  
luntati. xxiij. q. j. parat̄. post mediu.

Ex merito arguit̄ q̄ cōsilia sapientuꝝ ⁊ recta  
suadentiū nō vult suscipere. lxxxiij. di. c. j.

Ex q̄ dat bonū cōsiliū p̄sentis vite habet  
subsidiū ⁊ eterne remuneratiōis p̄sequi  
tur p̄mū. xij. q. ij. bone.

Expter malū p̄siliū p̄siliarij punitū. lxxx  
vj. di. tanta. in fine

Ex p̄silio dato p̄t recipi tēporalis remun  
eratio. xij. q. ij. nō licet. xliij. q. v. nō sane

Ex homicide dicit̄ p̄ q̄z p̄siliū hoies exti  
guunt. de pe. di. j. p̄cylōse. ⁊. c. noli.

Ex archiepiscopus in dioc̄. est suffraganei  
absc̄. et cōsilio n̄ lagere debet. xij. q. ij.

fere. p̄ totum

**Cōspiratio** Ex ois cōspira  
tio precipue t̄n.

clericor̄ ⁊ religiosorum damnatur. xij. q.  
j. conūrationū.

Ex cōspiratio notata est in cōiuratione

**Cōstātia** Ex cōstātia seruāda  
est in iuramētis ⁊ pro

missis. xxiij. q. iij. innocens. in fine.

Ex oib; i t̄po vltiere volētib; necessaria est  
cōstātia i p̄secutiōib;. vij. q. j. suggestum.

Ex tanta debet esse fidelit̄ cōstātia vt pri  
us auferat̄ vitā q̄ fides. xxiij. q. viij. con  
uenior. ante finem

Ex vbi non platus s; fides querit̄ constā  
tia platus precipit̄. vij. q. j. aduersitas. an  
te medium

Ex q̄ suis meritis constans ⁊ firm⁹ est non  
turbat̄ alienis. xxiij. q. j. non turbat̄.

**Cōstantinus** Ex constan  
tinus impe

raor̄ xp̄ianus fact⁹ publice dedit̄ licētias  
xp̄ianos fieri et ecclias fabricari. xij. q. j.

futuram

Ex ipe constātinus eccliaz beati petri apo  
stoli construxit ⁊ sede imperiale successo  
ribus beati petri reliquit. xij. q. j. futurā.

xcvj. di. constātinus.

De reuerētia ip̄i maxime ad clericos et p̄  
byteros. xcvi. di. in scripturis. xij. q. j. fu  
turā. xcvi. di. constātin⁹. xij. q. j. otinua.

S. impator constāti. ⁊. c. sacerdotib;.

Ex palaciū lateranēse ⁊ romanā vrbē om  
nium italie ⁊ occidentaliū regionū puin

cias successorib; beati petri assignauit  
xcvj. di. constantinus.

Ex beat⁹ Gregori⁹ ostēdit̄ eū feliciter vitāz  
terminasse dicēs (p̄le memorie) s̄ illos q̄

mendaciter asserunt ip̄m rebaptisatū. xij.  
q. j. sacerdotib;. xij. q. j. futuraz. vbi dicit̄

religiosissimus fuisse

Ex dedit̄ priuilegiū vt sicut roman⁹ impe  
rator esset caput tot⁹ mūdi. sic ⁊ roman⁹

pontifex esset caput oīū eccliarū. xcvi.  
di. constantinus

**Cōstitutio** Ex constitutio ē  
qd̄ rex vel imp

rator cōstitutit. ij. di. cōstitutio.

Ex constitutio debet eē honesta tpe ⁊ loco  
conueniēs. iij. di. erit aut̄ lex

Ex constitutionis causa est humanā coer  
cere audaciā ⁊ nocēdi facultatē refrenāz

re. iij. di. s. j.

Ex tenēda ē p̄ lege vbi sacra scriptura non  
contradicit. xij. di. in his. x. di. lege

Ex illicita est q̄ est s̄ ap̄los ⁊ euangēlia vt  
alias sacras scripturas. x. di. non licet

Ex triplex ē origo constitutionū ecclēsiasti  
carū. ij. di. ecclēsiastiarū.

Ex constitutiones ecclēie maxime romane  
sūt seruāde. xij. di. nolite. ⁊. c. ad h̄ vestre.

xxxviij. di. nulli

Ex eaz transgressores puniunt̄. xij. di. p̄ce  
ptis. ly. di. null⁹. vij. q. j. infames.

Ex constitutiones regū ⁊ p̄ncipiū obsequi  
debēt ecclēsiasticis institutis. x. di. lege. ⁊  
ca. sequenti.

Ex p̄ loco ⁊ tpe ⁊ p̄sonarum qualitate mu  
tatur constitutio. l. di. vt constitueret. lxj

di. s. his. x. q. iij. p̄sclis. ⁊. c. sequētī. xj. di.  
catholica.

De hac materia habes vbi agit̄ de statutis.

**Cōsuetudo** Ex cōsuetudo ē  
suis morib; insti

tutum qd̄ lege deficiente p̄ lege suscipit̄.  
j. di. cōsuetudo

Ex longeva cōsuetudo q̄ non ē cōtraria  
canonib; est seruāda. xij. di. cōsuetudinis

xij. di. scit̄ sancta romana. ⁊ q̄nq; c. se. x. q.  
j. decreuimus

Ex cōsuetudo pueria ex diuturnitate nō  
leuat̄ crīmen sed auget. xxiij. q̄stione. j.  
scilicet.

Ex binus act⁹ cōsuetudo dicitur. xxv. q.  
vltima. ita nos.



¶ Ratio et veritas consuetudine semper excludunt. viij. di. veritate, et duobus. c. se. xj. di. c. j. et sequenti

¶ Quia consuetudini veritas suffragatur nisi ea firmus debet teneri. viij. di. frustra. xij. di. illud. v. sc. ad. s. hoc autem.

¶ Diversitas consuetudinum pro loco et tempore dum modo non sint veritati contrarie non est reprobanda. xij. di. scilicet sancta romana. et c. non vult. et c. se.

¶ Consuetudo illorum cum quibus contraria si non est pueris observanda est. xij. di. illa

¶ Consuetudo mala non minus quam perniciosa corruptela est vitanda. xij. di. mala. xij. di. omnia talia. xvj. q. iij. licet

¶ Consuetudines romane ecclesie maxime sunt servande. xj. di. q. s. in fi. xij. di. c. j. in fine

¶ In ecclesia multa sacramentalia sicut aqua per se. ad orientem adoratio. et homini consuetudine magis quam scripto sunt robortata. xj. di. ecclesiasticarum

¶ In portionibus ecclesiarum dandis observanda est consuetudo. et q. iij. nec numerus

¶ Contestatores consuetudinum ecclesiasticarum sunt coercendi. xj. di. in his rebus

¶ Episcopi sunt potius consuetudine maiores pro sbyteris quam dispensatione. xcy. di. olim.

¶ Consuetudo facit mortale quod est in se veniale. sicut per. xxv. di. vnu. s. alias. an me.

¶ Consuetudo ordinaria confert iurisdictionem. lx. q. iij. conquestus

¶ Iure consuetudinis habentur illud alterius iudicari. viij. di. s. j.

¶ Quod maledicendi consuetudine habent immundicia labiorum habent. xxiiij. q. iij. quod negligunt

¶ Sub preceptu consuetudinis nec ante nec post per sacramento est aliquid accipiendum. j. q. iij. si quis prebendas.

De hac materia habes ubi agit de moribus

**Contemptus** debet suscipi

¶ Os et sua qui servire deo eligunt. xij. q. j. cui portio. et c. precipimus

¶ Nihil miserius est quam propter numerum deum deserere. xij. q. j. duo sunt. in fine.

¶ Capituli rasio et clericorum corona designat quod ipsi debent contemnere temporalia. xij. q. j. duo

¶ Incrates qui ad philosophandum perges auri podus preceat pontifex in exemplum ut si virtutes possidere volumus temporalia contemna

mus. xij. q. ij. gloria episcopi. in fine

¶ Stultus est qui in dignitate se premitur extimans bona que viderit discere. xxij. di. de constantinopolitane. xvij. di. non oportet.

¶ Per peccatum paganitatis incurrit qui sedis apostolice obedire contemnit. lxxj. di. si qui per biteri sunt. in fi.

¶ Floruit hoc dissoluter tyrannus qui nedum inobedientes sunt ecclesie. verum etiam vi opprimere et patrimonium eius eripere conantur. xxiij. q. vij. hortatu. et lxxij. di. Adrianus

¶ Contemnenda non sunt sacramenta per malos sacerdotes exhibita. j. q. j. multi. xxxv. di. sedulo.

¶ Manumissio iterum cum liberti ecclesie alii adherentes est contemnit. xij. q. ij. liberti. cl. j.

**Contentiosus** prohibetur ordinaris. xlvi. di. s. j. et c. seditionarios.

¶ Diversitas cultus maxime contentiones et emulationes inducit. et. di. platum

¶ Clericus vel monachus in synodum vel capitulo accusando vel referendo non debet perstreperare verbo contentiosus. v. q. iij. in loco.

¶ Contentiosus monachus a priori suo finem querit. culpe est puniendus. et. di. si quis monachus.

¶ Perfectus in iudicio seculari non debet contendere. xliij. q. j. c. s.

¶ Res ecclesie non per contentiones sed iudicio debent defendi. xvi. q. v. consuetudo

**Contestatio** licet quomodo fieri debet. et infra quod tempus facta valeat. habes. xij. q. iij. inducitur. v. sc. ad finem questantis.

¶ Ordine iudicario primo est libellus porrigendus. deinde debet fieri litis contestatio. iij. q. iij. inducitur. s. libellum

¶ Index reo libelli non debet auferre nisi actor permittat se infra duos menses litem contestaturum et expensas in duplum restitutum. iij. q. iij. inducitur. s. libellum

¶ Contra absentem per contumaciam proceditur cum lites est contestata et liqueat de causa. j. q. lx. decreta. iij. q. v. c. j.

¶ Si lites non est contestata nec liquet de causa tunc absens per contumaciam solus est excoicatus. et sic intelliguntur illa capitula. xj. q. iij. rursus. et c. quicumque.



**Q**uod iuris prestatio recusari non potest. iij. q. iij. inducie. s. libellu. in fine

**Q**uod i causa criminali vel civili criminaliter mota an lre. prest. testes no sunt recipienti nec sententia diffinitiva ferenda. iij. q. ix. p totu in summa.

**Q**uod plures sunt casus in quibus sine lris correstatione testes possunt recipi scz i here si post morte. xliij. q. ij. sane. z. c. se.

**I**tem in questione electionis epi z in causa matrimonij ne ppter more piculus ecclia di lapidetur. vt mulier fornicet

**I**tem platus ex officio pcedit inquisitiones de excessibus subditoru.

**I**tem quando testes ad perpetuam memoria recipiuntur. de his z alijs pluribus casibus habes extra vt lre no presta. qm frequenter. z. c. sequenti

**C**ontinentia **Q**uod continentia no ferro s religioe quereda est. xliij. q. v. tunc saluabit.

De hac materia habes i titulo d castitate.

**C**ontritio **Q**uod contritio contempitis alijs pibz pnie no de let pctm. de pe. di. j. resuscitat. s. alij ecotra. z. c. mesuram

**Q**uod du confessio no ptenit p contritione pctca ti venia indulget. de pe. di. j. mensuram.

**Q**uod quantumqz assunt alia sine cordis contritione nullu pctm dimittit. de pe. di. j. c. veritas. s. ecotrarto.

**Q**uod lachryme q ex vera contritioe fluunt etera ni ignis incendia extinguunt. de pe. di. j. c. si cui. s. porro

**Q**uod vbi no est contritio sed cordis duricia de us oratione p talibz no accipit. de pe. di. j. q. sobrem. in fine.

**C**ontumax **Q**uod contumax dicitur q post vna vel trina peremptoria vocatione cora iudice comparere ptenit. xliij. q. ij. de illicita.

**Q**uod ex contumacia iudicibus non obtinant p epos extra comuntona poni debet. ij. q. vj. quisquis.

**Q**uod ad synodu vocat venire aut lbi pstitur obedire ptenit aut an sine recesserit est excommunicandus. ij. q. iij. certum est

**Q**uod contra absentem p contumacia tanqz contra pntem conuicta pcedi pot p diffinitiuaz sniam. iij. q. ix. absens. z. c. decreuimus. xliij. q. ij. de illicita.

**Q**uod si excoicatus infra annu sua causa purgare contempserit post nullaten audiat. xj. q. iij. rursus. z. c. se.

**Q**uod q iubente sacerdote p quacumqz culpa ab ecclia exire contempserit tardi recipit ad veniam. xj. q. iij. q iubente.

**Q**uod contumaces plati p dignitat subtractioe puniuntur. lliij. di. honoratus. in fine. xliij. di. quorundam

**Q**uod contumaces clerici ab epis per excoimicatione corrigi debent. l. di. contumaces. vj. q. j. si quis pbyter. xj. q. j. petimus. z. q. ij. si quis.

**Q**uod sicut in contumacia pistentibz seueritas est ostendenda sic humilantibz p pniaz venia non est denegada. ij. q. iij. quato.

**C**onuenticulum **Q**uod conuenticulum dicitur congregatio subditoz sine consensu platorum. xvij. di. multis

**Q**uod clericus maxime hereticoru z schismaticoru conuenticula vitare debet. xliij. di. iij. clericus. z. c. cum qbus.

**C**onuersatio **Q**uod conuersatio cu iudeis in conuiuijs z balneis clericis z laicis inhihet nec etia medicinas ab eis debent recipere. xvij. q. j. nullus.

**Q**uod etia cu parentibz vel pinqvis conuersari no debent si p ipos fidei xpi pdere timemus. xvij. q. j. si infidles

**Q**uod sepe maloz conuersatio corrupit bonos mores. xvij. q. j. sepe.

**Q**uod neophici vt in fide z moribz pficiat cu christifidelibz debet conuersari. xvij. q. j. iudeorum.

**C**onuersio **Q**uod conuersio dicitur quasi vndiqz cordis verio. de pe. di. j. s. hoc idem. z di. vlt. null expectet. s. qd qstus. circa pn.

